



39130

kad. komp.

I

Mag. St. Dr.

P

Teol. 2853

Draski Adamis Quaestio theol. de altissimo  
mysterio S. Trinitatis.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0002422

D. O. M. S.  
QVÆSTIO  
THEOLOGICA,

DE  
Altissimo Myſterio SS. TRINITATIS.

*Ex lib. 1. M. Sententiarum deſumpta.* BIBLIOTECA UNIV.

Quam DEO volente

*In Alma Academia Cracouienſi,* MAGISTRI

M. ADAMVS DRASKI,

S. T. SENTENTIARIVS & Profeſſor, Ec-  
cleſiæ S. FLORIANI CVSTOS.

*explicabit primò, poſteà ad diſputandum  
in concurſu proponet,*


Lecturio DD. Theologorum.

A. D. 1647. Menſis Decembr. die 8 hora. 16.

---

CRACOVIAE.

In Officina Chriſtophori Schedelij S. R. M.  
Typographi.



D. Gregorius Nazianzenus, ratione 31.  
contra Arrianos.

*Excinde Arrianam impietatem, excinde pravam Sabellij sententiam, nec plus quam æquum est coniungas, nec sceleratè diuidas: neq; in unam personam tria contrahas, nec tres naturarum diuersitates efficias, & unum laudabile est cum rectè intelligitur, & tria cum rectè distinguuntur: nempe cum personarum distinctio facta fuerit, non Diuinitatis.*

39130

11

D. O. M. S.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

D E

*Altissimo Myserio SS. TRINITATIS.*

V. Vna Effentia diuina, cō-  
tinens in se personas tres sibi  
consubstantiales, ita adinui-  
cem se habeat, vt Filius Dei  
vnigenitus æternaliter à PA-  
TRE luminum per modū na-  
turæ genitus, & SPIRITVS S.  
per modum voluntatis, à Pa-  
tre & Filio procedat necne?

# C O N C L U S I O I.

Deus est vnus in Essentia, & trinus  
in Personis.

## C O N S E C T A R I A.

**M**<sup>7.</sup>ysterium SS. Trinitatis, ex scriptura veteris,  
& nouæ legis demonstrari potest.

II.

*Vnitas & Trinitas similitudinibus declarari  
potest.*

III.

*Vestigium Dei commodè cognoscitur in rebus  
creatis.*

IV.

*Vestigium dicit tenuem SS. Trinitatis repre-  
sentationem, Imago autem expressiorem.*

V.

*Diuersis nominibus nominari voluit DEVS,  
sed vnus idemq<sup>3</sup> est.*

VI.

*In Deo Patre fuit potentia generandi Filium  
ab æterno.*

VII.

VII.

*Prædicatio est vera, quia DEVS genuit DE-  
VM.*

CONCLUSIO II.

Filius DEI genitus est ante omnia  
sæcula, de substantia Patris.

CONSECTARIA.

I.

*Propositio, de, non debet sumi materialiter, sed  
originaliter tantum.*

II.

*Pater est principium non de principio, Filius au-  
tem est Principium de principio.*

III.

*Aliter est de substantia Patris Filius Dei, quam  
filius hominis.*

IV.

*Filius DEI semper coæternus Patri suo.*

V.

*Filius DEI semper natus est, & semper nasci-  
tur.*

VI.

*Melius tamen dicitur esse natus Filius DEI,  
quàm nasci.*

VII.

*Filius DEI rectè dicitur Imago & splendor Pa-  
ternæ gloriæ.*

CONCLUSIO III.

Spiritus sanctus à Patre & Filio pro-  
cedit.

CONSECTARIA.

I.

*Spiritus sanctus nec Patris est solius, nec Filij est  
solius, sed amborum.*

II.

*Charitas proprijssimè Spiritui sancto proceden-  
ti attribuitur.*

III.

*Spiritus sanctus non prius procedit à Patre,  
quàm à Filio.*

IV.

*Spiritus S. spiratio, est per modum voluntatis.*

V. Spiri-



## V.

*Spiritus sanctus licet procedat de substantia Patris, non tamen genitus, neq; Filius dicitur, sed tantum procedens.*

## VI.

*Præter æternam Spiritus sancti processionem, datur etiam temporaria Missio, ad sanctificandam creaturam humanam.*

## VII.

*Spiritus sanctus per processionem æternam, dicitur Donari, per temporalem autem dicitur Dari.*

## CONCLUSIO IV.

Catholica assertio est, Spiritum sanctum ab utroque procedere, aliter autem sentientium, ut potè Græcorum. Armenorum, & Ruthenorum, damnata est à SS. Concilijs, à Patre tantum procedere tenentium.

# CONSECTARIA.

I.

*D*uo sunt spirantes, sed unus est spirator.

II.

*S*piritus sanctus eandem habet naturam, cum Patre & Filio.

III.

*S*piritus sanctus non potest dici minor, licet procedit à Patre, & Filio.

IV.

*I*n mysterio SS. Trinitatis, personas nihil aliud distinguit, nisi relatio.

V.

*S*piritus sanctus procedens à Patre & Filio, unū tantum Principium habet.

VI.

*S*piritus sanctus in Ecclesia DEI, docet omnem veritatem,

VII.

*D*amnatus est Arrius in Concilio Niceno, qui Filium Dei, & Spiritum sanctum processisse docuit per Principium productionis, ut alias creaturas, quod est impium & erroneum asserere.





Sub felicibus Auspicijs,  
*Magnifici & Admodum Rñdi Domini,*  
**D.M. IACOBI VITELLII,**  
S. Th.D. & Professoris, Canonici Craco-  
uien. Theologicæ Facultatis De-  
cani, Studij Vniuersita-  
tis Crac.  
**R E C T O R I S**  
Vigilantissimi.

REGIOTE UNITI



ABE...CHISE



REGIOTE UNITI

ABE...CHISE

XXI. 5. 32

